114

audire quia uanitas uanitatum est. & omnia uanitas; non tibi semper dicebam
quia fugaces sunt diuitie & stare nesciunt loco; Sed tu me non libenter au
diebas; non tibi dicebam quia nulla certa est inpotentia tua fides. sed
tu egre accipiebas; Ecce nunc ipse rerum expertus doces. Quia non solum
infideles & fugaces sed exitiabiles sunt diuitie; Inde denique est quod pertimes
cis quod turpi concuteris metu; Non tibi dicebam cum me frequenter
corriperes & increpares uera persequentem; quia ego te magis dilige
re quam illi qui adolabantur; ego qui arguebam te plus tibi profue
ram si audire uoluisses quam illi qui adsentabantur; Non memi
nisti cum dicerem tibi quia meliora sunt uulnera amici quam uo
luntaria oscula inimicorum; si mea uerba que tunc uulnera uide
bantur recudisses; Numquam tibi oscula adulatorum istum exitum
pepererissent; Mea enim uerborum uulnera sanitatem ferebant;
illorum autem oscula blandimenta (tentia) morbum tibi insanabilem genera
bant; Ubi sunt illi nunc qui te in foro longis ambagibus constipabant qui
domi forisque laudabant; abnegauerunt te omnes amicitiam discesse
runt unusquisque in sua & nuditate atque inanem relinquerunt;
Nullus illorum uel prope accedere ausus est; nos uero non ita; sed &
tunc cum difficilis esses ac durus admonita nostra non pertimescebamus
& nunc casum tuum non perhorremus. nec deserimus; sed quantum pos
sumus subleuamus; & ecclesia quidem a te inpugnata est; apertus
te gremius suis suscipit; tu uero ille theatrales per quibus aduersu
nos saepe inflatus es adclamant interitum tuum; Nos tamen numquam
cessauimus dicentes tibi quid agis cur (quorsum) sum haec; cur ad insaniam prouo
cas ciuitatem; cur populos tante urbis spectaculorum contentione
precipitas; sed tu nihil horum curabas; quin immo diuitias tuas in his con
sumebas; a quibus nunc gaudia acuuntur in te; Ecclesia uero que iram
tuam & impetum furoris tui saepe perpessa est; ubique discurrit &
satagit & ex isto te laqueo conatur eripere; Verum haec dicens non
insulto labsis nec superbo pede ceruices iacentium calco sed eos qui sta

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0233